



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Matthæus Couros.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

marum in salutem, asserendarum desiderio planè impigro, ac disciplinæ religiosæ curatiùs obseruandæ amore insignitè laudatus.

P. Matthæus Couros.

*Leftanus,
in Iaponia.
29 Oct.
1633.
atq. 65.
Soc. 50.
Fides.*

Anno 1586. Indiam cum lachrymis à moderatoribus impetrauit, & sudore magno coluit. Præfuit in Iaponia, domicilijs, atque Prouincijs; ac miris modis exploratores non semel euasit, velut perpetuo quodam martyrij rudimento in syluis, in stabulo, ac vbi vbi latebræ dabantur, latens; vt animarum salutem adesset. Aliquando in specu sub terra per octo menses delituit. Aliàs per arctum elapsus est: & ne deprehenderetur, repetito S. Felicis Nolani miraculo fecit Deus telam suam repentè istic præ-

te-

*Araneæ
tela.*

texente araneo . Propè Fu-
ximam in quodam tugurio
in pace obdormiuit, ac umnis
confectus, & mortem flammis
illustrem desiderio solo
complexus .

Dominicus Colinus . Coad.

Claro apud Hibernos or-
tu natus, contra sectarios
centurio in Gallia militauit,
factus in Hispania postea
dux classarius per annos
octo; semper & miles bonus,
& vir frugi . In Societatem
receptus, ex Hispania in Hi-
berniam proficisci iussus, ibi
ab hæreticis captus, pro tri-
bunali in veste Societatis
comparuit, nil spes minasque
moratus, quibus *ut à fide Ca-*
tholica deficeret urgebatur:
ac illos etiam execratus, qui
submissi clam suadebant *ut*
fidem Catholicam tantisper
dis-

Hibernus.
Corcagie.
31. Oct.
1604.
ætat 35.
Soc. 4.

Fides .